



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniae, 1525

VD16 F 1240

XLVI Adde q[uod] co[m]plures Hebraeo[rum] magistri, praesertim Rabbi Kimhi & Rabbi Selmonon, hunc psalmu[m] de Messia prorsus interpretant[ur] ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-30878

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXXIII

Et sacrificia cessabunt, sacrificiū autē panis & uini nunq̄ cessabit. Sicut dictū est Genesis, 14. Et Melchisedech rex salē excepit panē & uinū. Melchisedech (inquit) hoc est rex Messias. Dicit autē Melchi. i. rex, Quoniā rex est totius mūdi, porro sedech est iustitia. Et ipse mittet iustitiā suā & pacē sup̄ uniuersum orbē. Et postea subdit. Rex salē, hoc ē Hierusalē sup̄ nā excepit panē & uinū, hoc est, separabit a cessatione sacrificiorū sacrificiū panis & uini, ut dictū est psalmo. 109. Tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech. Huc usque Rabbi Pinhas.

Psal. 109.

Rabbi uero Iohai qui Christū diu antecessit probat sacrificiū panis & uini nunq̄ cessaturū, partim ex uerbis quæ Iudicū 9. scripta sunt in hunc modū. Nunquid possum deserere uinū meū quod lætificat deū & homines. Vinū (inquit) etsi lætificet homines, deū autē quomodo lætificat? Respondet. In sacrificio quod de ipso, nēpe de uino fiet, partim ex uerbis psalmi 72. Nā subiicit. Sacrificiū uero panis nunq̄ esse defecturū ex eo apparet, quod dictū est psalmo. 72. Et erit placenta frumentī in terra in capite montium. Hactenus ille.

Sacrificium
altaris perpe
tuabitur.

¶ Adde q̄ cōplures Hebræorū magistri, præsertim Rabbi Kimhi & Rabbi Selomon, hunc psalmū de Messia prorsus interpretant, & sacrificiū eius affirmant futurū in placenta frumenti, quibus & Caldaica translatio consonat inquiring. Erit Corban, id est, sacrificiū frumenti in terra in capite montium ecclesiæ. Quibus uerbis aperte significat, is sacrificandi modus quē hodie sacerdotes usurpant, leuantes Eucharistiā supra capita sua, Nā ecclesiæ montes nihil aptius expriment q̄ presbyteros & prælatos ecclesiæ. Sed in his recensendis usq̄ adeo prolixi fuimus, ut nullus omnino remaneat scrupus, quoniam sicut Melchisedech in pane simul & uino sacrificauit, ita creditur & Christus qui secundū eius ordinē sacerdos erat cōstitutus, isdē similiter fuisse rebus usus pro sacrificio suo, hoc est Melchisedech & Chrūs eis pane uinoq̄ sacrificasse. Nā quū tot & tā graues authores, nō dē rebus sacrificabant. Latini modo, uerūetiā Græci, pariter & Hebræi consentiāt huic instituto, neq̄ scriptura quicq̄ aduersetur, imo subscribat potius, neq̄ aliud quoduis sacrificij genus usq̄ tribuat sacer-

XLVI

Melchisedech
& Chrūs eis
sacrificabant.

CONGRESSVS SECVNDVS

dotio Melchisedech, q̄ panis & uini, q̄s hac de re secū amplius
uel tantillū hæsitare poterit, q̄ minus asserat & pronūciet, tam
Christū q̄ Mechisedech eisdem rebus sacrificasse.

XLVI

¶ Cæterę q̄ nō solū ip̄o initio nascentis ecclīę fieri sacer-
dotes istos oportuit, uerū etiā p̄ totū ecclīę discursum (ut axi-
omate quinto superius ostendimus) hm̄oi necessario fuerant
instituendi, manifeste cōsequens est, ut ap̄loꝝ successores sa-
cerdotes itē fuerint, & sacrificandi pariter habuerint potesta-
tē. Neq̄ em̄ solū pro apl̄is tūc dictū fuit, hoc facite in meam
memoriā, sed pro cūctis q̄ simili authoritate p̄diti, post ap̄los
essent in ecclīa successuri. Cernis itaq̄ lector nō solū ex ueteri
testamēto, p̄ Esaiā uaticinatū, q̄ pastores gregis christiani, sa-
cerdotes dñi uocarentur, uerum etiā ex nouo, rationē & cau-
sam intelligis, cur ita uocari debeant.

Lucæ. 22

XLVII ¶ His itaq̄ decē axiomatis ad hunc modum instructis pro
Epilogus secū secundo concursū Lutherum adoriemur. Nam ex primo li-
di congressus quer, ob sex iustissimas causas, oportere multitudini quosdam
præfici, qui curam ipsius agant.

Ex secundo, q̄ reuera Christus ip̄e tales instituit, qui suum
gregē, hoc est christianū, pascāt, regant & doceant.

Ex tertio, q̄ oportuit eosdem gratia copiosiori locupletari
quo suo commodius inseruirent officio.

Ex quarto, q̄ de facto Christus talem gratiam elargitus sit
pastoribus a se constitutis.

Ex quinto, q̄ necesse fuit eiusmodi functiones, ad supre-
mum usq̄ diem in ecclīa perpetuari.

Ex sexto, q̄ nemo legitime tali munere fungit nisi p̄ ecclīę
præsides rite uocatus, ordinatus, & missus fuerit.

Ex septimo, q̄ q̄sq̄s in eiusmodi functione legitime fuerit
cōstitut⁹, idē ab ip̄o sp̄u citra cōtrouersā creditur alcius.

Ex octauo, q̄ eo ip̄o momēto quo sic quispiā ad hunc mo-
dū instituit, gratiam ab eodem spiritu, si non per illum steterit
consequitur indubitanter

Ex nono, q̄ hanc gratiam ip̄e spiritus ad signi cuiusdā sen-
sibilis exhibitionem, hoc est, ad manus impositionem, donat
infallibiliter.